



**Quæstionum Canonicarum, In Quinque Libros  
Decretalium, Tomus ...**

In Librum IV. Decretalium, per viginti, & unum Titulos distributum, De Sponsalibus, Et Matrimoniis, eorumque impedimentis, ac dispensationibus,

...

**Schlüter, Georg**

**Augustæ Vindelicorum, 1702**

§. III. Quid in dicta clausula veniat nomine laboris, ac industriæ?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73058](#)

quia sic uterque terminus sortitur suum effectum, & quidem quilibet alium, ut patet consideranti.

2293. Ex dictis colliges, adhuc verificari clausulam, quod oratores pauperes & miserabiles existant, si revera potior sustentatio eorum, solum nascatur ex labore, ac industria ipsorum, ita ut his seclusis, non habent alias decentem vietum, licet ex agello aliquo, vel bono simili habeant aliquem proventum modicum; quia licet particula tantum sit exclusiva omnium, que in dispositione inclusa non sunt, loquendo de rigore juris; in hoc tamen causa potius id, quod naturalis aequitas, quam juris apex suadet, dicendum videtur. Ratio est ex dictis; nam finis hujus clausulae (*ne officiales Curiae fraudentur suis emolumentiis*), ut loquitur Corradus relatus supra) non videtur cum eo rigore exigere, ut propter modicum pecuniam, quod fortassis obveniret ex illo oratorum agello, particula tantum tam rigorose accipiat, ut negetur oratoribus dicto modo pauperibus dispensatio in forma pauperum, licet habeant justas omnino causas; & alias, ob easdem, oblatâ pecuniam, certò dispensationem reciperent in forma ordinaria. Hoc enim nec de mente Ecclesiae, nec tam sancti Tribunalis, cui presunt tanti viri Ecclesiastici, presumi aut debet, aut potest.

2294. Et ideo, eti Corradus cit. l. 8. c. 5. n. 21. censcat in hoc cafu non relinqu arbitrio prudentis Judicis, quisnam (considerata qualitate personarum oratorum) dicitur pauper, quis miserabilis ad effectum dispensationis in forma pauperum? eo quod particula tantum taxativa sit, & ad evitandas fraudes hodie addatur verbum miserabiles: contrarium tamen probabilitus est, ut tenet Covarru. l. 2. var. resol. c. 6. n. 8. Menoch. de arbitrar. casu 66. & alij, tum ex fine, propter quem apponitur illud tantum, ut jam dictum est, qui revera non videtur posse exigere illum rigorem in dispositione odiosa, qualis est illa clausula; tum etiam ex mente ipsorum Curialium; praetertim, si ipse de suo usum addendi eam particulam induixerunt, ut sentire videtur Corradus relatus su-

pra n. 2292.



### §. III.

Quid in dicta clausula veniat nomine laboris, ac industrie?

Cum dixerimus clausulam, de qua in praesens, suffcienter verificari, si oratores sustentationem non habent altunde, sed ex solo labore, ac industria, fumen- do ly solo juxta dicta §. priori, quefio est, an nomine laboris & industrie duntaxa venias tantum corporalis labor manuum, servilis, mechanicus, agrestis? &c. cum in dicta clausula explicetur labor & indu- stria tanquam duo diversa, & non tan- tum labor supponat pro functione vel ani- mi, vel corporis; sed etiam industria po- ingenij, five artis exercitatione, qua na- scitur ex scientia, & providentia, ut trahit Lexicon utriusque juris apud Joannem Kahl V. Labor & industria, recte dici pa- peres (juxta mentem illius clausulae) & mis- erabiles, non tantum eos, qui solo labo- roris, sed etiam animi, sibi querere co- guntur suam sustentationem, adeo ut his se- clusis & fructibus inde nascentibus videntur non haberent. Et ratio est, quia non tan- tum ruricole, ac opifices, sed etiam ali- statu longe superiores, justissimas causas habere possunt pro dispensatione matrimoniij; a qua utique in forma pauperum impetranda, si & ipsi adeo tenuis fortuna sint, ut non nisi ex industria sua vivere, excludendi non sunt.

### §. IV.

De attestacione super paupertate, & mi- serabilitate Oratorum.

Communis doctrina habet, quod Ora- tores, qui petunt dispensari in forma pauperum, quia scilicet solvere non possunt expensas compositionis, & jurium, que lib- debita volum Curiales, cum in forma ordi- naria dispensatur, debeant afferre at- testationem sui Ordinarij de sua paupertate, & miserabilitate, de quibus jam actum est. Quia tamen sape dubitatur, quâ formâ in- lis attestatio praestanda sit, ea subjungo- mus, que etiam ad hunc finem oppor- na esse possunt. Quare

Not. 1. ipsos à suo proprio Parocho sub uno sint, vel si sub diversis, quenlibet à suo) debere petere attestacionem juratam, &c.